

IX. Reconciatio lapsorum sacerdotum vel clericorum.

X. Canon misse.

XI. Consecratio principis (durchstrichen).

V habe ich collationiert mit Waitz, Formeln S. 33—45, VI und VII sind neu, VIII und XI sind im Inhaltsverzeichnis wieder durchgestrichen und in der That in der Hs. nicht ausgeführt; nur von VIII ist ein kleines Bruchstück, eine Missa pro imperatore, wirklich aufgenommen, die ich verwerthet habe. An den betreffenden Stellen der Hs. sind keine Lücken; alles folgt dicht aufeinander.

[VI. Coronacio regis¹.]

Ista est ordinacio de sollempnitate coronacionis regis.

Inprimis quando processio cappelle regis venerit^a ante regem, archiepiscopus vel episcopus, cui iniunctum fuerit, aspergat regem aqua benedicta. Et alii episcopi sive archiepiscopi acceptis thuribulis^b dent regi incensum. Qui aquam asperserit, oracionem istam dicat: Omnipotens sempiternus Deus — non recedat. Per.

Quando vero exire ceperint, idem archiepiscopus alta voce dicat: Procedamus in pace. Et tunc una crux parva procedat processionem^c cum candelabris sanctis^d et due parve cruces vadant ante regem cum aqua benedicta et candelabris sanctis^d et duo textus. Postea cantor incipiat^e resp.^f: Audi Ierusalem precepta domini. Et cum perventum fuerit ad primos gradus, rege ascendente equum, due cruces in cappellam^g deportentur, tertia cum processione cappelle feratur ad thalamum revestiarium^h archiepiscopii, et ubi rex descenderit, ibi obvient ei cum processione et conducant regem usque ad sedem revestiarii. Postquam vero rex descenderit in thalamum revestiarii, sedente eo archiepiscopi, episcopi, abbates induantur omnibus sacerdotalibus indumentis preter casulas, quisque secundum suam dignitatem. In cappis sericisⁱ indutis omnibus vestimenta regalia presententur^k regi per manus episcoporum seu

a) 'ven' Hs. b) 'thur' Hs. c) 'process' immer Hs. d) 'ss' Hs.
e) 'incip' Hs. f) '℣' immer Hs. g) 'cappell' immer Hs. h) 're-
vestiar' Hs. i) 'ser' Hs. k) 'presente|tur' Hs.

1) Die Gebete stimmen bis auf wenige Abweichungen mit denen des Ordo bei Waitz S. 33 und 44 überein, weshalb ich hier nur Anfang und Schluss abdrucke. Nach 'famulus tuus' folgt jedesmal 'rex noster'.